

sem.papaver.albi,lactuca,an.3 ii.
corticu mandragor.3 i.
decoq.in lb.ii. aq.
ad media partis absumptionem.

Huc referri oportet stillicidia aquar. thermalium, quæ in affectibus capitis frigidis, ventriculi & articulorum usurpantur.

a Vide Acti-
num tetr. I.
ser. 3. c. 173.

De Insessionibus ^a seu semicupiis.

C A P . L V .

Quod Latini insessionem seu semicupium appellant, id Græcis ιγκαδισμός. est sessio in aqua medicata, ab imis pedibus, vel feminibus vsque ad vmbilicum, ita vt supernæ partes non made- scant; In hoc tantum à balneo differens. Variat autem pro ratione affectuum, quo victimur in affectibus renum potissimum nephritide, vteri, mouen- dis mensibus. Rarius in colicis & iliacis. Quin & ad dolores tibiarum, nonnunquam ad præpara- tionem humorum contumaciorum.

b Vide Ae-
zium tetr. 3.
serm. 3. c. 5. In nephtiticis **b** fiunt ex emollientibus & diureticis, vt althea, malua, violaria, parietaria, hedera terrestri, foliis raphani, anagallidis aq. betonicæ, pimpinellæ, sem. lini, fœnogræci, ex his decoctis in aqua fit insession ad dolorem mitigandum.

Ad ciendos menses conficitur ex emollienti- bus, attenuantibus & incidentibus decoctis, & semicupio inditis. Sic etiam ad nimium men- struorum fluxum ex adstringentibus, radic. bi- stortæ, consolid. maior. nuce cupressi, galla imma- turæ